

Primo quia ad te uado nec uia. **Just** Hec uia

**Ho** Dne do' nre. In dno fido. Celi emantit

Dne in uirtute. Dni est te. Exaltabo

te dne. **Ex**altare dne iure. **Respō.**

Handwritten musical notation consisting of various rhythmic symbols (vertical stems, flags, and beams) on a four-line red staff.

Et passionē suam q̄ dies quadraginta apparet

Handwritten musical notation on a four-line red staff, continuing the piece from the previous line.



19

ECLOGA  
ET  
VOTA,

QUUM SESE ITERUM IN AMABILISSIMA NUPTIA-  
RUM VINCULA DARET  
AMPLISSIMUS ET CLARISSIMUS VIR

**Jobst vō Dranßfeldt**

PATRICIUS GOTTINGENSIS, EJUS-  
DEMQUE REIPUBL. CONSUL  
OLIM DIGNISS.

CUM  
SPECTATISSIMA ET PRUDENTISSIMA  
MATRONA

**DOROTHEA-SVSAN-**  
NA HUGOLDIA, PATRICIA  
MULHUSINA,

STRENUI QVONDAM VIRI  
**CHRISTIANI BIRCKNERI,**

VIDUÂ CASTISSIMÂ,  
A BENE CUPIENTIBUS PROPECTA;  
ADFECTA TAMEN POTIUS  
QVÂM PERFECTA.

MULHUSII,  
Typis excusa per JOHAN. STANGIUM, An. 1628.

E C C L O G A

V O T A

QVAM RESSE TITVAM IN AMANISSIMA VITIA  
RUM VITAM DARET  
MPLISSIMUS ET CLARISSIMUS VIR

CHRISTOPHORUS  
PATRICIUS COTTINGENSIS, FIUS  
DEMORVE REIPUBLICAE CONSUL  
OLIM DIGNUS

RESPECTATISSIMAE ET VANDERLASSIMAE  
MATERNAE

DOROTHEA-SVSAE  
NACHSODIA, PATRIAE

MENSINA  
CHRISTIANI BIKNERI

VITAE CASTISSIMAE  
A SANE CURANTE PRORECTA  
ADRECTA TAMEN POTINS  
SVM PRORECTA

MULLER  
Typographus Joh. Stancium, An. 1618.





# ECLOGA.

MENALCAS. TITYRUS.

**M**EN. TITYRE, Tiringas quis te deduxit in oras?  
quem sepè ad Dimarim, quem vidi sepè supremæ  
Jesidos ad Drammam letis requiescere in arvis.

TIT. Vidi etiam ad Lainum veteris per gramina  
Gotthi

lanigeros agitare greges te sepè, MENALCA:

Et tamen heic patula recubas sub tegmine fagi.

MEN. Credo eqvidè. nam parvus ego. tibi plurima contrà  
arva; sed Et centum tondent dumeta iuveni.

Tute etiam magnus (memini) intra mania Gotthi.

TIT. Ista fuere olim. Sed nunc se tempora vertunt.

Omnia miles habet. fuimus gens laza. Sed olim.

MEN. Ipse meus quondam (pax o sit manibus istis!)  
viveret ut genitor, mactatum sapius anno

porcellum grandi poteram sallire catino,

lactis Et intrita pulterem stipare farina.

O bene tunc lauteq; fuit, bone Tityre, nobis!

TIT. Farcimen longum, nec non petasonis eduleis  
mittis delicias? mittis Breibania regna?

MEN. Dulce genus memoras potius. movet ille salivam,  
pernarumq; sapor recidivum inducit amorem.

A 2

Sed

*Sed dic, quis patrijs prorsus te abstraxit ab oris?*

*TIT. Dulcis Amor. magno nam quis non cedat Amori?*

*MEN. O te felicem! quem sic medicamina servant.*

*Namq; medela malis amor est certissima rebus,  
castus amor. non se tantum medicamine jactet*

*Phillyrides, quantum dolci modulamine Phyllis.*

*TIT. Non sic insanis; sed narras vera, Menalca.*

*MEN. Tityre, pende animo, cum desperata manerent  
tempora, cum patrijs ageret nos miles in arvis,  
nostraq; disploso fumarent pulvere terga,  
quantum saepe mali, sed nec solatia nobis!*

*TIT. Cogito. Sed quantum hac propius praecordia tangunt:  
tantum solamen magis heic in Phyllide quero;  
tantum cedo malis, & tantum in Phyllide vinco.*

*MEN. Vince diu ac persta. sic Phyllida solus habeto.*

*TIT. Solus. & in patriam veniam cum Phyllide sola.*

*MEN. Nec sola. Patri similis sit parvulus una  
Tityrus, & matri similis quoq; parvula Phyllis.*

*Et comitabor ego, perq; illa salicta capellas,  
milite semoto, compascam in margine Laini:*

*& sua ruricolis constabit gloria priscis.*

### V O T U M.

**Q**uid vis amplius? *ECLOGAM* paravi.

Et possem melius, darem profecto.

Sed possum. *PRECOR* optimum *JEHOVAM*,

quam recte faveo Tibi *Tuxq;*,

quam recte faveo Mihi *Mezq;*:

tam

tam faustè Tibi prospereq; cedat;  
tam faustè Tibi, tam Tux Maritæ,  
quicquid suscipietis ambo, cedat!  
Felix conjugium, toriq; felix  
exstet progenies; stet alta firmis  
DRANSFELDÛM domus amplius columnis,  
Gottingæ bene nota, clara, magna,  
heic & Mulhusij vehenda laudum,  
sic spero, titulis. immò remisso,  
post hæc tempora, Martio furore,  
opto te, patriæ bono, priori,  
stipatum Sociâ tori pudicâ,  
cultâ, magnanimâ, piâ; toriq;  
auctum pignore, prole masculinâ,  
auctum pignore, prole fœmininâ,  
TE, dico, patriæ bono, priori  
rursum stare loco, bonis fruisce  
heic & Conjugis, atq; ibi paternis;  
& post hæc quoq; secla, SEMPITERNIS!

M. GEORG. ANDREAS FABRI-  
CIUS, Poëta Laur. Caf. Gym-  
nasiarcha.

**J** Am novus insonuit clangor, nova gaudia tempus  
Postulat, accessum templa sacrata petunt;

Nam

Nam novus hic templi conscendit limina Sponsus,  
Quem sequitur vultu Sponsa venusta hilari.  
Iccircò, pie Sponse, tuos congrator honores,  
Cum lux materiam carminis ista dedit:  
Tu mihi Musa fave, tu carmen subjice dignum,  
Ingeniumq; tuâ dexteritate bea,  
Ne, nisi quod castum est & ab omni labe remotum,  
Mens mea concipiat, sancta Thalia canat.  
Conjugium primâ sanxit sub origine CHRISTUS,  
Ut bina unanimi corpora mente forent.  
Ergò quòd tadas celebras, pie Sponse, jugales,  
Gratum opus hoc ipsum est Christo, hominiq; placet,  
Et tibi propterea Dominus gratatur, & orbis  
Convivæq; istud conjugium celebrant.  
Salve festa dies, Sponsus quâ clarus ad aram  
Ducitur, inq; novum Sponsa pudica thorum!  
Absit Eris, jamq; adsit Eros, divisaq; quondam  
Pectora consolidet, contineatque diu!  
Ut bona, dante D E O, feliciter omnia cedant,  
Sorteq; ter fausta, que peragatis, cant:  
Ætatem Priami vivatis, Nestoris annos,  
Natorum ut natos cernere post liceat!  
Hac ego vota fero: votis patet arduus ether.  
Hac oro Omnipotens vota secundet, Amen!

Moris, amoris & honoris ergò gratulabun-  
dus subjecit Sponsi ex Sorore

Nepos

JACOBUS Embler Verdensis.

Fædere

**F**ædere legitimo tibi dum, Clarissime **J U S T E**  
à **D R A N S F E L D T**, jungis nuptã pietatis amante,  
Auxiliante **D E O**, lacrimas quæ pollice siccet,  
Quæq; tibi auxilium sit dulce, decusq; perenne,  
Sitq; molestiarum curarum dulce levamen:  
Quis non lætitiæ dulces sub pectore motus  
Sentiât? & quis non præsentia pectore carpat  
Gaudia? deniq; vultu habeat quis signa dolentis?  
Nemo dolet, video, tollunt ferme undiq; plausum  
Plaudoq; cum reliquis ego, gratulor, atq; sereno  
Cum reliquis mea jungo & fundo è pectore vota:  
Tu Pater Omnipotens, rerumq; hominũq; repertor,  
Qui curas junctos pro voto solus amores,  
Et nullo potiùs quàm patris nomine dici  
Gaudes, te quæso, te supplice voce lacesso,  
Felici auspicio præcurras vota voventis:  
Quò bene conjugium hoc faustum sit, sidere fausto:  
Nupta recens veniat; pulchrã quoq; prole maritum  
Reddat felicem: tum plenam multa coronent  
Pignora sic mensam; decor & concordia lectum,  
Castus amorq; agat excubias, tranquilla serenet  
Omni paxq; domum, firmet fœcunda salusq;!  
Prætereàne quid est? voveo votum omne, nec unum  
Deesse velim, Tuq; esse velis rata vota **J E H O V A H!**

*Cognitionis ergò scripsit*

**H I E R O N Y M U S S T O L L I U S**  
Gottingensis.



SUPER NATALI  
D. SUSANNÆ

XIX. FEBRUARI

QUI EST MAXIMUS NUPTIARUM DIES.

**D**OROTHEEN nuper. nunc provocat Hora SUSANNAM,  
& vocat ad JUSTI judicis, ecce, forum.

Illam, inquam, nuper, cum Proclamatio prima;  
hanc hodie, cum jam tertia facta fuit.

Et sic DOROTHEEN Tempus citat atq; SUSANNAM:  
nempe citatio jam tertia ritè fuit.

Ergò Judicium JUSTI propè Consulis instat:  
excusat nec quæ fontica causa ream.

ADSIT & expectet, quæ sit sententia JUSTI,  
qui pro re talem postmodò, credo, feret:

Nempe bonâ quæcumq; fide sunt credita, solvat  
post Rea: post, inquam, menstrua puncta decem.

POSTILIO.

FINIS.



**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**

**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**

**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**

**Et** **dominus** **procepit** **eis**  
**omniam** **via**



E C L  
 V O  
 QVUM SESE ITERUM I  
 RUM VIN  
 AMPLISSIMUS  
**Gobst vō**  
 PATRICIUS GO  
 DEMQVE RE  
 OLIM  
 SPECTATISSIMA  
 MA  
**DOROTH**  
 NA HUGOLI  
 MULH  
 STRENUI Q  
**CHRISTIAN**  
 VIDUÂ C  
 A BENE CUPIEN  
 ADFECTA T  
 QVÂM P  
 MUL  
 Typis excusa per JOHANN



19

